bus majùs est) Catholicæ fidei renaciſſimus, & nuſquam pravorum dogmatum ſuſpectus, cùm tamen hæc Sceptica infinitorum Errorum & omnium Hæreſeôn mater ſit, & illa ipſa ſeductrix Philoſophia, & inanis fallacia, quam cavendam Apoſtoli monitu docuêre Sancti. Hanc vir ille, cætera magnus, in exercitatione ſuâ paradoxâ adverſus Ariſtotelæos, non ut priùs tectam & ſcortorum more in tenebris vagantem, ſed effronti vultu & fucatâ formâ turbis & foro oſtentare auſus eſt.

2. Illius exemplo, apud nos linguâ vernaculâ eandem exornatam produxit *Vanitatis dogmatizandi* Author; ipſe quoque & ingenio pollens & Eloquio. Neque enim à vulgaribus mentibus timenda ſunt grandia infortunia. Hæc mei laboris eſt occaſio; propoſitum verò, ſi lumẽ cælitùs affluat & vires calamo miniſtret, hanc cadaveream ſcientiæ æmulam in ſua ſepulcreta compellere,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 119, [20] - 14
PUBLIC DOMAIN